

## e) Ministri et Assistent.

Cf.: *Suffraganeus celebr.* (Ministri etc.)

Dum Episcopus Administrator cantat missam in Pontificalibus, non debent omnes Canonici s. paramentis indui sed tres tantum fungentes officia Diaconi, Subd. et Presbyteri assistentis. n. 3952 ad 7 die 22. Aug. 1722.

## f) Praerogativa.

Episcopus Civitatis Ducalis modernus Administrator Ecclesiae Sarsinaten. in functionibus pontif. non gaudet omnibus illis praecipientiis et praerogativis, quibus fruuntur et gaudent omnes alii Episcopi in propriis Diocesisibus. n. 3952 ad 1 die 22. Aug. 1722.

Vd.: *Epistola pastor. Episcopi Adm.; Mantellett. etc.; Episcopus Titularis.*

## 6) Aegrotus.

## a) Administratio Sacramentorum.

Sacramenta administrare Episcopo aegrotanti vel in extremis laboranti spectare ad Capitulum Cathedralis private quoad parochum unicum loci et intra cujus limites Episcopus degit. n. 2165 die 1. Apr. 1662.

Sacramenta Episcopo aegrotanti ministranda sunt a digniori Capituli Cathedralis. n. 2970 ad 12 die 22. Novb. 1687. (Caer. Ep. lib. II. c. 38 n. 4) n. 3593 ad 1 die 13. Aug. 1701.; n. 3612 ad 1 die 11. Febr. 1702.

*Ad dubium:* An spectet ad Dignitates gradatim juxta eorum Ordinem vel potius ad Canonicos ministrare Sacramenta Episcopo infirmo eoque defuncto Officia celebrare? S. C. resp.: Affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam. n. 3855 ad 3 die 26. Aug. 1713.

*Ad dubium:* Caeremoniale Episcoporum lib. 2 cap. 38 n. 3 injungit Epis-

copo aegrotanti, ut antequam communicet, profiteatur Catholicam fidem ex formula ab Apostolica Sede praescripta. Quaeritur: quae sit ista formula? S. C. resp.:

„Eadem, quae a Cathedralibus et Superioribus Ecclesiasticis vel Beneficiatis curam Animarum habentibus observanda est“. n. 4669 sd 24 die 12. Novb. 1831.

## b) Inhabil. pro functionibus.

Vd.: *Ordinationes* (missa); *Episcop. assist. missae sol.*; *Coena Dom.* (Olea s., Consecrator); *Dedicatio Ecclesiae* (Consecrator).

*Ad petitionem:* An Episcopus Patavinae in Monialium ac S. Oleorum consecratione podagrae morbo affectus et ad operandum prorsus inhabilis, per Vicarium seu Dignitates missam celebrari, ipse sedens et legendo formam Consecrationis Solemnis vacare liceat? S. C. resp.: Episcopus omnino abstineat, quatenus non possit servata forma ad praescriptum rubricarum hujusmodi vel similia implere. n. 2114 die 2. Julii 1661.

*Episcopus aegrotus sibi missam legi facere potest in suo Oratorio;* vd.: *Capella Ep.* (praecipue decr. n. 4776.)

## 7) Assistens.

## a) Benedictioni SSmi.

Vd.: *Benedictio SS. Sacramenti* (Benedicens non petit etc.)

Saepius fit in Dioecesi Briocensi, ut in fine Missae et Vesperarum benedictio cum Augustissimo Sacramento Eucharistiae populo impertiatur a Celebrante; quaeritur: an ab Episcopo assistente vel potius a Celebrante thus in thuribulum imponi debeat ad thurificandum Sanctissimum Sacramentum? Ratio dubitandi est, quia in hoc casu thus benedici non debet, sed simpliciter poni in thuribulum.

S. eadem C. . . . respondendum censuit:

„Affirmative ad primam partem, negative ad secundam, et Episcopum thurificare debere“.

Atque ita rescipit. n. 5221 ad 8 die 21. Julii 1855.

## b) Concioni.

## (Assistentia.)

Vd.: *Concio* (Episcopi); *Sedes Episcopi assist.* (decr. n. 3079); *Cruciferarius.*

*Ad dubium:* Urum Episcopo audenti concionem in sede sua ordinaria cum cappa pontificali debeat assistentia duorum Canonicorum? S. R. C. resp.: In hoc exquiri solitum Ecclesiarum vicinarum. n. 777 ad 5 die 20. Novb. 1628; n. 1567 ad 2 die 13. Sept. 1646.

Episcopo concionem cum cappa audenti saltem per duos Canonicos assistentiam praestandam esse. n. 1548 ad 1 die 13. Jan. 1646.

Episcopum tempore Quadragesimae etiam in diebus ferialibus intervenire volentem concioni, assistere debere cum cappa illumque Canonicos praesentes associari teneri juxta Caerem. n. 1578 die 6. Apr. 1647.

In defectum Ecclesiae Cathedralis, cui subrogata est de consensu Capituli Ecclesia s. Francisci, debent Canonici Episcopo cum cappa concioni assistenti in ea Ecclesia cum eorum habitu canonicali assistere, prout in Cathedrali. n. 1660 die 22. Martii 1653.

*Ad dubium:* An intervenienti Episcopo ad concionem tempore Quadragesimae vel Adventus cum cappa seu mozzetta super sedili in medio chori teneantur duo ex Canonicis senioribus vel junioribus assistere? S. C. resp.: Attendenda esset consuetudo, si legitime probaretur. n. 2502 ad 3 die 31. Maji 1670.

Decreta authentica.

## c) Divinis.

## (Assistentia, habitus et locus.)

Non convenire assistentiam Archiepiscopo, dum *Completorio* assistit, quacunque consuetudine in contrarium non obstante et servandas esse in hoc regulas Caeremonialis. n. 370 die 19. Jan. 1608.

Episcopus potest Divinis interesse cum Rocchetto et Mozetta, dummodo non in sede ordinaria, sed in primo stallo in choro supra omnes alios assistat et hoc etiam casu *absque ulla assistentia Canonicorum*, de qua loquitur Caeremon. Lib. I. c. VIII. n. 1074 die 24. Julii 1638.

Nullam assistentiam Canonicorum deberi Episcopo interessenti horis Matutinis et Completorio, etiam cum cappa pontificali, quacunque contraria consuetudine non obstante. n. 1567 ad 2 die 13. Sept. 1646; n. 2502 ad 2 die 31. Maji 1670.

Episcopus in sua *Cathedra* existens Diaconorum assistentia uteretur, sed cappa vel Mozzetta supra Rocchetum indutus in *sede choralis* manens horis canonicis interveniens, assistentiam Canonicorum nullatenus adhiberet. n. 1774 die 29. Jan. 1656.

*Ad dubium:* An Episcopo assistenti in throno cum cappa recitationi horarum canonic. liceat habere presbyteros chorales illi assistentes, superpelliceo indutos, hinc inde adstantes? S. C. resp.: Servetur Caerem. lib. 2 c. 5 n. 4062 ad 2 die 3. Aug. 1737.

Episcopum quandocunque accedentem ad Ecclesiam in diebus *ferialibus* ad interessendum simpliciter horis Canonicis, Vesperis et Completorio aut etiam missae conventuali, non uti debere cappa magna sed rocchetto et mozzetta. n. 1577 die 12. Jan. 1647.

*Ad dubium:* An et quo habitu et loco Episcopus teneatur assistere celebrationi missae cantatae et recita-

lacioni divini Officii? S. C. resp.: Assistentiam choralem praestandam esse ab Episcopo cum cappa in altera ex duabus sedibus existentibus in choro, quae congrue aptetur, ac prope Episcopum sedent Dignitates et Canonici juxta ordinem. n. 4062 ad 1 die 3. Aug. 1737.

d) Expositioni SSmi.

Vd.: *Expositio SSmi. coram Episcopo.*

e) Missae solenni.

I) Assistentes in Cathedrali.

Vd.: *Canonici* (assist.); *Caeremoniar.* (assist. Ep.); *Obligatio Episcopi celebr. et assist.* (decr. n. 4565); *Diaconus Celebrantis*; *Canonici Episcopo assist.*; *Biretum Canoniorum*; *Circulus* (Quis facit?); *Diaconi assist.*

Quando Episcopus cum cappa assistit, nullus ei assistere debet. (Caer. Lib. II. c. X. et XXII.) n. 2707 ad 4 die 4. Aug. 1674.

Assistentia proprie Episcopo convenit, quando est *paratus cum mitra*. n. 249 die 21. Aug. 1604.

*De Assistentium thurificatione*, cf.: *Vicar. gener.* (incensatio, decr. n. 4174).

Quodsi Episcopus post missam plenam velit etiam missae solenni vel conventuali seu divinis Officiis assistere, non esse opus, ut ab universo Capitulo associetur a dicto altari, ubi celebravit, ad sedem Episcop., sed satis esse, si a duobus Canonicis ministrantibus comitetur. n. 205 die 5. Julii 1603.

Capite detecto debet esse Canonicus assistens Episcopo, dum legit Epistolam, Graduale et Evangelium. n. 2637 ad 8 die 17. Junii 1673.

Episcopo assistenti cum cappa magna Canonico celebrante tenetur unus ex Canonicis sustinere librum ipsi Episcopo Epistolam, Evangelium, Offertor.

et Commun. legenti. n. 2685 die 3. Mart. 1674.

Diaconus et Subdiaconus Celebrantis Episcopo missae assistente post Episcopum et Celebrantem stantes inter se confessionem ipsam absolvent medii inter Canonicos assistentes, si Diaconus et Subdiaconus fuerint Canonici; sin minus a sinistro latere simul stantes post Episcopum et Celebrantem. n. 2805 ad 6 die 14. Novb. 1676.

*Ad dubium*: An Episcopo assistenti Vesperis et missae sol. Prior (prima Dignitas) Cathedralis Spoletanae teneatur ministrare naviculam et incensum et Episcopum thurificare? S. C. resp.: Servetur Caerem. Lib. 1 c. 7 n. 7. n. 3623 ad 1 die 18. Mart. 1702.

II. Assistent. extra Cathedrali.

Episcopus extra suam Cathedrali in Ecclesiis exemptis intra fines suae Dioecesis missae aut Vesperis assistens potest sibi assumere Canonicos et habere cum iisdem Circulos ad Gloria etc. n. 232 ad 1 die 7. Febr. 1604.

Episcopus assistens non potest absentibus Canonicis Cathedrali extra Cathedrali quoscunque presbyteros ad circulos vocare. n. 633 die 16. Maji 1626.

Vd.: *Canonici* (assist. extra Cathedrali.); *Diaconi assist.* (extra Cathedrali.); *Circulus* (quis facit?)

III. Benedictio Aquae.

*Ad dubium*: An Ep. assistens Missae solenni, dum Subdiaconus ei porrigit Ampullam aquae, debeat omnino recitare Orationem: *Deus, qui humanae substantiae*, vel satis sit ut efformet signum crucis super oblatam Ampullam?

S. eadem C. . . . respondendum censuit:

„Dicendam esse orationem“.

Atque ita rescribere rata est, et declarare. n. 5102 ad 9 die 11. Sept. 1847.

Vd.: *Passio* (Episcop. assist.)

IV. Benedictio solennis.

Solemner benedicere post Vesperas et missas ad Episcopum assistentem pertinere. n. 232 ad 5 die 7. Febr. 1604.

Ad Archiepiscopum Jadren. assistentem missae sol. et Vesperis in Ecclesia Dominicanorum spectare populo solemniter benedicere caeteraque similia de more adimpleri et exequi. n. 2732 ad 2 die 18. Maji 1675.

Episcopus tantum in *sede* assistens Missae solenni populo benedicit et Indulgentias publicare facit. n. 5004 ad 2 die 7. Decb. 1844.

Cf.: *Benedictio Episcopi*.

V. Confessio.

Vd.: *Confessio*; *Missae sol. coram Episcopo*; *Dom. Palmar.*; *Canonici*; *Episcopus* (officii init.); *Mitra Episc. assist.*; *Diaconus et Subd. Celebrantis etc.*; *Passio* (Episc. assist.); *Biretum Episcopi* (quando depon.)

Episcopus assistens *sine cappa pontificali* facere non debet confessionem cum celebrante a sinistris et duobus assistentibus a dexteris. n. 133 ad 4 die 2. Sept. 1597.

Confessionem facere cum Celebranti ad Episcopum assistentem pertinere. n. 232 ad 5 die 7. Febr. 1604.

Quando Episcopus assistit missae solenni Celebrans ad Confessionem debet respondere Episcopo usque ad Indulgentiam inclusive. n. 2241 ad 7 die 4. Aug. 1663.

Dum Archiepiscopus Jadren. in Ecclesia Dominicanorum missae solenni assistit, ad ipsum spectare facere confessionem cum Celebrante. n. 2732 ad 2 die 18. Maji 1675.

Episcopus tum cappa tum pluviali indutus assistens Missarum solenniis

debet a dexteris Celebrantis non Episcopi cum eo confessionem explere et *Celebrans eidem uti minister respondere* usque ad versum: *Deus tu conversus etc. exclusive*, quem Episcopus debet explere cum Diaconis assistentibus et Celebrans cum Ministris Sacrificii. n. 2805 ad 6 die 14. Novb. 1676.

Canonici Cathedralis Salernitanae exposuerunt, qualiter eorum Episcopus reperitur brachio destitutus et pede ob apoplexiae infirmitatem ita ut non possit in throno assistere Officii cum cappa et aliis s. paramentis sed quandoque assistit in sella gestatoria cum zimarra et collocatus in planitie throni vult osculari Evangelium etc. et facere alias functiones, quas faciunt Episcopi s. paramentis induti. S. C. resp.: *Non licere*. n. 3171 die 25. Septemb. 1688.

Cf.: *Episcopus aegrot.*

*Ad dubium*: Dum Episcopus Missae per alium cantatae assistens Missam cum Celebrante incipit ante infimum gradum Altaris, Presbyter assistens et Diaconi assistentes ubi stare, et quid agere debent? S. C. resp.:

„Presbyter assistens cum aliis Canonicis, Diaconi vero assistentes a tergo Episcopi et Celebrantis“ n. 4669 ad 15 die 12. Novb. 1831.

VI. Evangel. legit.

Episcopus capite cooperto legere debet Evangelium et ante illud dicere: *Munda cor meum etc.*, *Jube Dom. benedicere etc.* et *Dominus vobiscum*. n. 2637 ad 7 die 17. Junii 1673.

Cf.: *Epistola* (legit Episcop.) decr. n. 3786.

Vd. *supra* decr. n. 3171.

VII. Evangel. non legit etc.

Episcopus palmas benedicens et missae assistens, non debet legere epistolam neque Evang.: *Cum appro*

*pinquasset* vel: *Altera autem die* post passionem, tam ex Praxi Capellae Pontificiae quam ex praescripto Caerem. Ep. S. R. C. 28. Apr. 1708.

### VIII. Evang. osculum.

Ad Archiepiscopum Jadren. assistentem in Ecclesia Dominicanorum in throno missae sol. spectare osculari textum Evangelii. n. 2732 ad 2 die 18. Maji 1675.

Vd.: *Evangelium* (oscul. Episcopi).

Quando Episcopus assistit in choro aliquantulum ab altari majore distans, post Evangelium cantatum Diaconus debet illi Missale ad deosculandum deferre et interim in hujusmodi actus executione Sacrificium intermittendum. n. 3551 ad 4 die 13. Mart. 1700.

Vd.: *Credo in missa*; decr. n. 2883.

### IX. Incensatio.

(*Nudo capite.*)

Si Episcopus assistat cum cappa, debet stare sine bireto, dum a Presbytero assistente incensatur. n. 4669 ad 14 die 12. Novb. 1831.

### X. Incensatio.

(*Quando fit?*)

Quando Episcopus assist. missae sol. cum *cappa* Celebrans debet thurificari *fnito Evangelio* et non Episcopus, si non est paratus Pluviali. n. 2241 ad 8 die 4. Aug. 1663.

Aut Episcopus Pluviali indutus et mitra redimitus Missae per alium celebratae assistit et eo casu solus Episcopus post Evangelium thurificari debet (Caer. Lib. 1 c. XXIII.) vel eidem missae assistit cum cappa, et eo casu Episcopus una vice tantum thurificari debet post Offertorium. (Caer. Lib. II. c. IX. in fine) n. 2707 ad 1 die 4. Aug. 1674.

Episcopus mitratus (id est cum Plu-

viali et Mitra) assistens ter in missa thurificetur. n. 3418 die 30. Martii 1697.

Episcopus in choro assistens absque Baculo et Mitra, sed solum cappa indutus, post Oblata tantum thurificandus est. n. 3551 ad 5 die 13. Mart. 1700; n. 3810 ad 2 die 8. Junii 1709.

*Ad dubium*: An thurificatio post Evangelium debeatur Celebranti seu potius Episcopo cum cappa assistenti? S. C. resp.: Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. n. 4062 ad 6 die 3. Aug. 1737.

Dum in choro et extra Cathedralem Missae sol. assistit Episcopus in Mozetta post thurificationem altaris et cantato Evangelio *Celebrans tantum* incensatur n. 5004 ad 2 die 7. Decb. 1844.

### XI. Incensatio.

(*A quo fit?*)

Cf.: *Canonici Cathedr.* (genuff.)

Dignitas vel Presbyter Canonicus, qui ministrat naviculam Episcopo, debet semper illum thurificare, quando assistat ad Missas, et non Diaconus Evangelii, licet sit Canonicus. n. 351 ad 9 die 19. Maji 1607.

### XII. Incensum imponit.

Incensum imponere et benedicere ad Episcopum assistentem pertinere. n. 232 ad 5 die 7. Febr. 1604.

Ad Archiepiscopum Jadren. assistentem missae sol. et Vesperis in Ecclesia Dominicanorum spectare thus imponere. n. 2732 ad 2 die 18. Maji 1675.

### XIII. Salut. et bened. Canonicos.

Episcopus divinis assistens cum cappa lata non debeat salutare Canonicos transeuntes detegendo caput, sed satis esse manu benedicere. n. 227 ad 5 die 10. Jan. 1604.

Cf.: *Benedictio Episcopi super Canonicos.*

### XIV. Quando sedit?

Post thurificationem altaris dicto Offertorio poterit sedere Episcopus interim, quo Diaconus thurificat Dignitates, Canonicos et reliquos de Clero. n. 2883 ad 8 die 6. Maji 1679.

Episcopus missae sol. praesentem tempore thurificationis altaris sedere posse. n. 2883 ad 6 die 6. Maji 1679.

Episcopus sedere debet quoties incenso adoleatur altare, quia quoad sessiones diversimode sese habent altari ministrantes et assistentes in solio Episcopi. (Caer. Lib. I. c. XVIII.) n. 2707 ad 2 die 4. Aug. 1674.

Quando Episcopus assistit Missae per alium celebratae, sedere debet cum mitra, dum aut per Sermocinatorem aut Celebrantem in fine Missae publicatur indulgentia. n. 2707 ad 3 die 4. Aug. 1674.

### f) Processioni.

Vd.: *Reverent. erga Episcop.* (decr. n. 3551 ad 2); *Intortitium Episcopi.*

Episcopus debet in publicis processionibus cum cappa et biretto non inter Dignitates sed solus incedere. n. 789 ad 1 die 20. Decb. 1628.

Nullam deberi Episcopo assistentiam Canonicorum in processionibus, in quibus cum cappa incedit post baldachinum SS. Sacramenti vel post Reliquias, vel post Celebrantem pluviali indutum, sed solum in iis, in quibus Episcopus paratus incederet. n. 1567 ad 3 die 13. Sept. 1646.

Episcopus, assistens processionibus, si est paratus, mitra indutus incedere debet; sin minus detecto capite (quia processiones fiunt ad implorandam divinam clementiam). n. 2637 ad 9 die 17. Junii 1673.

Episcopus in s. supplicationibus tum

cappa pontificali tum Pluviali indutus incedere debet inter Canonicos Diaconos assistentes vel inter Dignitates, quibus assistentiae munus incumbit. Laicos vero oportet omnino Episcopum snbsequi, modo Canonici intersint, ut prorsus debent, choralibus Insigniis seu s. vestibus induti; sin minus, potest consuetudo tolerari (ut Episcopus medius inter Laicos incedat). n. 2805 ad 8 die 14. Novb. 1676.

Episcopus in habitu Episcopali processionaliter comitans SSnum., non potest incedere *sub eodem baldachino* cum Sacerdote illud deferente, nec potest in ipsamet processione sibi deferri facere particularem umbellam, neque per se ipsum gestando SSnum. sub baldachino, sub eodem baldachino uti particulari umbella extensa et delata a suo famulo. n. 2935 ad 1 et 2 die 11. Jan. 1681.

### 8) Associatio.

#### a) Ad altare.

*Ad dubium*: An Sacerdotes et Canonici aliique assistentes teneantur associare Episcopum ante altare et ibi immorari, donec Episcopus revertatur ad sedem Episcopalem? S. C. resp.: Teneri Canonicos assistentes, juxta Caer. lib. 1 c. 8 n. 3845 ad 2 die 27. Febr. 1712.

Vd.: *Canonici parati assist. in choro* (decr. n. 3851.); *Episcopus* (accessus ad Cathedr.)

Episcopum, quando exiit a choro, ut altare incenset vel aliam caeremoniam faciat, omnes Dignitates et Canonici assistentes et alios necessarios, qui sunt membra, debent in hujusmodi actibus associare et honorare. n. 13 ad 2 die 20. Mart. 1590.

#### b) In ambulando.

Canonicos laudandos esse, si Episcopum, quando in via eum invenirent,

ad locum, ad quem accedit, comitentur, sed non cogendos esse. n. 1823 die 9. Junii 1657.

c) In accessu ad Ecclesiam.

Immemorabilem consuetudinem, ita ut Archiepiscopus duos Canonicos assistentes hinc inde apud se habeat per viam, dum ex domo ad Ecclesiam procedit, servandam esse. n. 379 die 10. Maji 1608.

Vd.: *Episc.* (access. ad Cath.)

d) Non associatus incedit Episcopus.

*Ad dubium:* An Magistratui et Consuli liceat in processionibus aliisque s. functionibus incedere pari gradu, ut dicitur a spalla cum Episcopo, seu potius Episcopus solus praeire debeat? S. C. resp.: Negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam. n. 3878 ad 4 die 11. Maji 1715.

Nullam Dignitatem, Canonicum aliamve personam, propria auctoritate vel vigore cujusvis consuetudinis ad latus Episcopi vel cappa pontif. vel s. vestibus induti, incedere debere, nisi ipse ex sua humanitate aliquem vocare velit; ipsum vero Archiepiscopum pro sua dignitate magis decere, ut solus incedat. n. 133 ad 4 et ejusd. num. infra 5 die 23. Mart. 1592.

Non convenire Laicos cum Episcopo simul incedere, maxime in processionibus. n. 541 ad 2 die 2. Junii 1617; n. 3878 ad 4 die 11. Maji 1715.

Neque ullam Episcopo, dum capitaliter associatus ad Ecclesiam cum cappa progreditur, assistentiam deberi. n. 593 die 30. Mart. 1621; n. 3468 die 19. Apr. 1698 cum appendice: „secus vero, quando est cum paramentis sacris“.

9) Celebrans.

a) In aliena Ecclesia.

Vd.: *Missae in Ecclesia aliena.*

Quum pleraque extent Decreta S. R. C., quibus per modum gen. regulae edicitur, ut Sacerdotes, qui celebrant in aliena Eccl., quoad s. Indumentorum colorem conformare se debeant Eccl. ipsi, in qua Sacrum peragunt, Rmus. Alben. Ep. pro ea, qua praestat pietate, ac in S. Ritibus servandis sedulitate S. ipsam C. humillimis datis precibus rogavit, ut declarare dignaretur: num ipse, qui ad Pastorale munus explendum, interdum adigitur privatim celebrare in aliqua Eccl. tum propriae tum alienae Dioecesis, teneatur se conformare memoratis Decretis, vel potius, attenta Episcopali dignitate, sequi debeat colorem in suo Dioecetano Kal. praescriptum?

Emi. ac Rmi. P. S. tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunati, audita relatione a subscripto Secretario facta, reque mature examinata, respondendum censuerunt: „Serventur Decreta“ die 7. Decb. 1844 n. 4980.

Quum Rmus. Episcopus Coebuan., seu SSmi. Nominis Jesu S. R. C. supplicia vota porrexerit, ut sententiam suam dicere dignaretur super sequenti Dubio, quod pro opportuna solutione proposuit; nimirum: „Utrum tempore Visitationis Episcopus actu visitans Ecclesiam Parochi Regularis, hujus ritum in Missae celebratione sequi debeat, vel potius Parochus Regularis ritum Episcopi?“

Eadem S. R. C. ad Vaticanum hodierna die in Ordinario Coetu coadunata, referente subscripto Secretario, omnibus maturo examine perpensis, rescribendum censuit: „Detur Decretum in Alben. diei 7. Decemb. 1844“.

Atque ita rescripsit. n. 5216 die 21. Julii 1855.

Vd.: *Missae in Eccles. alien* (decr. n. 5005).

b) In Eccl. exempta.

Episcopum in omnibus suae Dioecesis Ecclesiis *quantumvis exemptis* et privilegiatis esse honorandum, ita ut ei is honor tribuatur, qui suae Dignitati par sit, eique in choro, in Capitulo, in Processionibus et in aliis actibus publicis primam sedem et primum locum, quem ipse elegerit, dandum et concedendum esse, nec posse prohiberi, quominus in dictis Ecclesiis etiam exemptis Pontificalia exercent, imo posse Episcopum contradictores poenis . . . ecclesiasticis compellere. n. 477 die 6. Decemb. 1613.

Episcopus potest accedere ad Ecclesiam exemptam ad faciendas processiones et alia Pontificalia exercenda, et erigere potest Baldachinum. n. 752 die 12. Julii 1628.

c) In fer. IV. Cinerum.

Vd.: *Cineres.*

10) Non celebrans.

*Episcopo non celebrante, quis celebret?* Vd.: *Dignitas* (celebrans etc.) *Vesperae; Matutinum solemne; Nativit. Dom.*

11) Concionator.

Vd.: *Concio Episcopi.*

12) Consecratio.

a) Assistentia.

Vd.: *Consecratio Episcopi* (annivers.); *Communio Episcopi consecrati.*

Ob impossibilitatem assistentiae duorum Episcoporum S. R. C. Episcopo Goan. de speciali gratia facultatem et

licentiam consecrandi in Episcopum Fratrem Dominicum cum assistentia duarum Dignitatum loco duorum Episcoporum concessit. n. 272 die 16. Julii 1605.

An interrogatio in consecrationibus: *Scis cum esse dignum?* sit omittenda; quandoquidem in Romana Curia omittitur in consecrationibus Episcoporum. S. R. C. resp.: *Servandum esse Pontificale.* n. 663 die 21. Novb. 1626.

Consecrationem (Episcopi) celebratam a duobus Episcopis tantum, adhibito pro tertio Decano Cathedr., convalidari posse, una cum omnibus inde sequutis, quod ternarius numerus (*Turrecremata in cap. Porro num. 3 dict. 66*) Episcoporum non sit de substantia Ordinis Episcopalis. n. 1425 die 17 Decb. 1642.

In Consecratione Episcopi cum facta fuit facultas ut assistant duo Presbyteri loco duorum Episcoporum, utrum isti Presbyteri Assistentes debeant ambabus manibus caput consecrandi post Episcopum consecratem tangere, et recipere Consecratum ad osculum pacis? S. C. resp.:

„Servetur Rubrica Pontificalis Romani“ n. 5188 Romae 9. Junii 1853.

b) Commemoratio.

*Ad dubium:* Quo loco debeat fieri commemoratio in missa pro consecratione Episcopi, quando ratione festi currentis dicitur Missa de festo habente plures alias commemoraciones? S. C. resp.: Serventur rubricae Pontif. rom. de Consecratione Electi in Episcopum post examen §.: propter ordinationem, et Missalis in fine post Benedictiones. n. 3809 ad 7 die 8. Jun. 1709.

*Ad dubium:* Quid sit agendum in Missa solemni tam in Ecclesia Me-

trop. seu Cath., quam in aliis Ecclesiis Dioecesis quando dies anniversaria Consecrationis Episcopi incidit in Feriam V. in Coena Domini, ut fiet in Dioecesi Mechliniensi Anno 1841, vel in Sabb. S.? Item an liceat in omnibus Missis tam cantatis, quam lectis privatis addere commemorationem pro Episcopo, si dies anniversaria ejus consecrationis incidat in Dominicam aliquam ex privilegiatis I. cl., quae unicam tantum admittunt orationem, vel Festum I. aut II. cl., et quatenus affirmative, an debeat illa commemoratio uniri orationi diei sub unica conclusione, vel dici sub distincta conclusione?

S. R. C. . . . rescribendum censuit:

„Commemoratio Anniversarii locum habet tantum in Dominicis, et dupl. II. cl. sub unica conclusione, in reliquis omittenda“.

Atque ita rescripsit ac servari mandavit. n. 4911 ad 3 die 12. Septemb. 1840.

#### c) Paramenta.

In Consecratione Episcoporum Consecrandus colore *albo*, Consecrator et Assistentes colore tempori convenienti uti debent. n. 2223 ad 2 die 16. Junii 1663.

#### 13) Defunctus.

Vd.: *Anniversarium; Sepultura Episcopi; De Paramentis Episcopi* † cf.: *Sacerdos defunctus* (decr. n. 4669).

#### 14) Electio.

Diebus festis fieri debent publicae orationes pro novi Episcopi electione ad formam Concilii Tridentini et Caerem. Ep. n. 3952 ad 10 die 22. Aug. 1722.

Collecta pro eligendo Episcopo continuari debet usque ad diem electio-

nis, qui est dies Consistorii secreti. n. 4651 ad 3 die 19. Decb. 1829.

Vd.: *Praeconis. Episcopi.*

#### 15) Functiones.

Vd.: *Functiones pontifical.*

#### 16) Genuflexio in choro.

Conf.: *Genuflexio.*

Longe melius esse Episcopum in choro genuflectendo vertere renes Canonice quam altari. n. 198 ad 1 die 23. Maji 1603.

#### 17) Habitus.

LINGONEN.

Quum Rmus. Lingonen. Ep. Liturgiam Rom. in sua Dioec. induxerit, anceps haeret, num adhibere possit habitum violaceum cum longa cauda, scilicet Cappam magnam, quo habitu communiter utuntur Ep., ac de opportuna declaratione S. R. C. enixe rogavit.

S. eadem C. ad Vaticanas Aedes subscripta die in Ordinariis Comitibus coadunata, referente Secretario, respondendum censuit:

„Posse ad tramites Caer. Ep.“ die 23. Maji 1846 n. 5040.

Cf.: *Episcopus assist. Divinis. Cappa. Mozzetta. Episcopus* (vestis); *Episcopus titular.*

#### 18) Incensatio.

a) Ductus.

Vd.: *Episcopus assist.; Canonici Cathed. (genufl.); Pileolum Episcopi; Episcopus titularis.*

Celebrans (Episcopus) tantum in Vesperis triplici ductu thurificandus est. n. 518 die 30. Jan. 1616.

Ternam thurificationem Episcopo vel Archiepiscopo esse debitam. n. 1448 ad 4 die 16. Maji 1643.

#### b) Modus.

Non convenire, ut Episcopus a prima Dignitate vel Canonico, seu presbytero assistente *genuflexo* thurificetur; sed Episcopum stantem Canonico vel Presbytero assistente *stante* tam post Introitum et Evangelium, quam post Offertorium thurificandum esse. n. 473 die 4. Maji 1613.

Dignitates et Canonici assistentes inservientes non tenentur genuflexi ministrare. n. 973 die 15. December 1632.

Canonici non possunt Episcopum *cooperto capite* thurificare. n. 1596 ad 2 die 20. Junii 1648; n. 1602 ad 1 die 23. Jan. 1649.

Cf.: *Pileolum.*

#### c) In Process. SS. Corp. Chr.

Incensationem post Evangelia quatuor ad altaria per vias in process. SS. Corp. erecta decantata debere Episcopo SSimum. deferenti, non autem Archiepiscopo cappa induto illud comitanti. n. 3402 die 6. Oct. 1696.

#### d) Series.

(*Ord. s. Francisci Ariminen.*)

Quaeritur: an quum in Choro nostro, tempore Missae solennis vel Vesperarum adsit Episcopus non Dioecesanus simul cum Patre nostro Provinciali Visitatore, sit thurificandus solus Episcopus aut ambo? Et quid, si Episcopus esset Dioecesanus, simul cum Patre nostro Provinciali Visitatore, sit thurificandus solus Episcopus aut ambo? Et quid, si Episcopus esset Dioecesanus? S. C. resp.: „Servetur Caeremoniale Episcop.“ 4681 ad 3 die 7. Apr. 1832.

#### 19) Incensum imponit etc.

Vd.: *Incensum; Episcop.* (thuris impos.)

#### 20) Jus in Divinis mutandi etc.

Cf.: *Calendar. Dioecesis; Translatio perpetua.*

#### 21) Lectionem cantat.

Vd.: *Lectio.*

#### 22) Ut Minister inserviens.

*Ad dubium:* An Episcopi dignitati suae praepjudicium inferrent, quando Archiepiscopo Primati suo pontificaliter celebranti ad altare inserviunt? S. C. resp.: Praepjudicium inferre et non licere. n. 2911 die 24. Febr. 1680.

#### 23) Nominatio in Canone et benedictione cerei paschalis.

Vd.: *Canon; Oratio pro Episcopo; Cereus paschalis.*

#### 24) Obligatio celebrandi.

Vd.: *Obligatio Episcopi celebrandi.*

#### 25) Officium.

a) Initium.

Cf.: *Episcopus* (accessus ad Eccles.); *Chorus* (initium); *Caeremon* (indicit Episcopo etc.)

Teneri Canonicos . . . expectare Episcopum nec officia inchoare nisi post ejus adventum, dummodo hora Officii certe intimata sit nec ultra signum datum pro inchoando officio Episcopus moretur et diutius Canonicos expectare faciat. n. 274 die 16. Julii 1605.

Quando Episcopus in solemnitatibus ad Ecclesiam celebraturus vel ut divinis Officiis assistat venire voluerit, intimanda est hora certa Officii et dato signo et Episcopo non veniente, Officium inchoari potest. n. 505 ad 1 die 4. Julii 1615; n. 2515 ad 10 die 13. Sept. 1670.

Quando per sonum Campanae hora certa Officii inchoandi intimatur, dato signo, diutius ultra ultimum signum